

Dissertatio Exegetico-Polemica De Tribus Viris Abrahamo Apparentibus Gen. XVIII. 1. sqq. : Arminianis, Syncretistis, Coccejanis & Hermanno Witsio potissimum opposita

Rostochii: Typis J. Wepplingi[i], [1707?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861925475>

Druck Freier  Zugang






90

49. dg.

Fa 1092 (90.)

ms
67
66
o
d
eye
s
cator
D
mi
20.
2.
200
af
8

9



18. Rud. Guil. Schäuderus de primis cultus publici divini institutione
Narp. 1745.
19. Aug. Pfeifferus de Henoch ad Gen. 1. 22. 23. 24. Witel 1670.
20. Jo. Henr. a Seelen examen hypotheseos de diluvio aenigmatico
Roff 1725
21. Jo. Rud. Offendor de sensu verborum Gen. VI. 5. coll. 1. 2. 24.
Lubrig. 1719
22. Henr. Jac. Lafius de poenitentia BEO adserta ad Gen. VI. 6.
Griphwald 1747.
23. Georg Wassilij Piskopius, eorum amicus Petrus von dem Rhenubau
zu Wabul und der Daniel vordringstau Grafen Werninghaus der,
gelogt worden. Laub. 1742.
24. Matth. Kistlerus de antiquissima gigantum gente eorumque
seibus ad Gen. XIV. 6. Lubrig 1707.
25. Jo. Val. Megmayer de Abrahami peregrinatione cum femine
sua. Jen. 1714.
26. Georg. Friedr. Nehengke de tribus viris Abrahamo appa-
rentibus ad Gen. XVIII. 1. Hoff 1707. Dupon. 1711
27. Jo. Rud. Kiesling de divinis Abrahami hospitibus ad Gen.
XVIII. 1. 2. 3. Lijf 1720
28. Jo. Saubertus de statua falsi et Lotii ex Sodoma
egressu. Helmsf. 1660.
29. Christ. Friedr. Bauer de Domini ad Abrahamum juramento
ad Gen. XXII. 16. Luc. 1. 54. 55. 69-75 et Heb. 11. 19.
Witel 1746
30. Jo. Henr. a Seelen de Abrahamo et Jacobo Patriarchis
viduis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXVI. 19. 20. Lub. 1714.
31. Aug. Pfeifferus de Theraphim seu idolis Libani ad Gen. XXXI.
Witel 1663
33. Theod. Christo. Lichtenhalius de gloria Angeli fedelis cum Jacobo
collocantis ad Gen. XXXII. 24. 25. et 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.

ad Gen. xxvi, 2. 3. 4. Lips 1744.

35. Gerq. Henr. Jötter de quibusdam num. Pharaos opera Josephi ad veram
eulogiam perductus fuerit. Lub. 1712.
36. Aug. Tobolus de Josepho Josephi diuinatoris ad Gen. xlii. 5. Farg. 1725
37. Georg. Dau. Kypke de integritate Cap. xlii. Genes. contra Schuckfordi
Hal. 1714
38. Christo. Henr. Zeibichius de sepultura in terra sancta a Josepho ac
Josepho patriarchis moribundis appetita ad Gen. xliiii, 29. 30. 31.
xliii, 29. 30. 31. 32. L, 5. 24. 25. Hebr. xl, 21. 22. Wittenb. 1742.
39. Jo. Christi. Einigh de manu dextra honoratione ad Gen. xliiii, 14.
Lips 1707
40. Gert. Friedr. Zacharias de ritibus scholasticis Iudaeorum ad Gen.
xliii, 10. Hiloe 1745
41. Theod. Kafacs de Naphthalitide patria Apostolorum ad Gen. xlii
Al. Forem. 1724.
42. Jo. Friedr. Priskii notae in Josephi Torelli animaduersiones
in Exodi Librum et Lxx. graecam interpretationem. Lips 1746
43. Friedr. Wich. Krafft de pietate obsequium qua Deus donos
diuisus expressisse aedificasse Israelitis ad Exod. II. 20. 21. Gen.
1744
44. Christo. Aug. Heumanns de Pseudothamaturgo Pharaonis 1742
rec. Gen. 1745
45. Bernh. von Südan profus sanguinum ad Exod. II, 15. 16.
Regim 1713
46. Jo. Sileman Schenk de abbellis facris et profanis Hebr.
1743
47. Christo. Henr. Zeibichius de mysterio carnis asae in nocte
paphatis prima concouit ad Exod. xii, 8. 9. Wittenb. 1742
48. Christi. Henr. Prömel de angelo exterminatore ad Exod.
xii, 29. et ff. lxxviii, 49. Jen 1685.
49. Christi. Salmans de transitu Israelitarum per mare rubrum
Ged. 1702

- XXXIII, no. 21. 22. Gryphwald. 1752.
51. Josias Henr. Gyrtius de candelabri Proficiū admirabili Structura ejusdemque proficiū in sancto. Act. Ebor. XXVI, 31-32 et Num. VIII, 2-4. Jen 1708.
52. Georg. Adolph. Aehnerus de Π·Θ·Τ·Π·Π Π·Ι·Υ - Σ·Ι·Σ Α·Θ·Ι·Ω·Ν·Α Π·Ρ·Α·Σ ad Ebor. Act. XVIII, 38. Lips 1745.
53. Casp. Neumannus de gemmis Prim et Phumina ad Ebor. Act. XVIII, 30. et de ubo Sarnariae obsesae. ad 2 Reg. VI, 25. Lips 1709.
54. Jo. a Marck de oratione sacerdotum ad Ebor. Act. XVIII, 41. Lugd. Batav. 1692.
55. Jonas Wahlia de Schirin ad Levit. XVIII, 2. 2 Chron. XI, 15. Gief. XIII, 21. XXIV, 14. Gief. 1744.
56. Joach. Rud. Magohl de fundamentis matrimonii inter com. principios ad Levit. XVIII, 11. Gief. 1744.
57. Jo. Mich. Langius de nuptiis per jus naturae, divinum, caelest. officium prohibitis. Act. 1709.
- Andr. Boberg de manipulo primitiarum uesfis ad Levitic. XXIII, 10. 1720.
60. Jo. Christ. Buckius de anno hebraeorum jubilaeo ad Levitic. XXV, 1. Wittab. 1700.
61. Jo. Bernh. Hahn de anno Jubilaeo hebraeorum ad Levitic. XXV, 1. Wittab. 1744.
62. Septus penitentialis ducatus magisburgensis inoleis ep. Leu. XXIV, 23, 24. et 2 Cor. V, 20-21. propofiti. Magd. 1715.
63. Georg. Noebius de Corae, Sathais, Abirani et Ori defensu ad inferos ad Num. XVI. Lips 1607.
64. Christ. Korthallus de virgo Aarons florida ad Numeros. XVII, 17. 1674.
65. Christ. Gese. Friedr. Wolffius de libro recti et bellouid. ad Num. XXI, 14. Jos. X, 10. 2 Sam. I, 10. Lips 1722.
66. Franc. Wockemus de mercede dicuntoria Wittab. 1724.
67. Christ. Sontagius de liquidis Sibiria ad Num. XXV, 1.

et reg. 1110. et reg. 1111.
67. Jo. Rud. Kieselrijus de Judaeis ad faciliorem Zelotijum promo-
catis Lips 1746
68. Idem de Judaeis explorari veritatis contra semetipsum teste
ad Deuterom. xxviii, 64. 65. Lips 1740

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

60.

61.

62.

63.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

60.

61.

62.

63.

DISSERTATIO EXEGETICO-POLEMICA
DE

TRIBUS VIRIS
ABRAHAMO
APPARENTIBUS

GEN. XVIII. 1. *sqq.*

Arminianis, Syncretistis, Coccejanis

&
HERMANNŌ WITSIO
potissimum opposita,

QVAM

GOËLE FORTUNANTE NOSTRO,

ET

CONSENTIENTE MAGNIFICO THEOLOGORUM ORDINE
SUB PRÆSIDIO

GEORGII FRIDERICI
Niehencf / Rostoch,

PHIL. D. & S. THEOL. LICENTIATI
IN AUDITORIO MAXIMO

A. MDCCVII. d. 14. MAJI

publicæ placidæq; Commilitonum Disquisitioni
submittit

MARTINUS FRIDERICUS
Breist / Retzin. Ucaro-March.

Phil. & SS. Theol. Studiosus.



Rostochii Typis J. WEPPLINGI, SER. PRINC. &
ACAD. Typogr.

Lup

33.
32.
67
66
64
38
29. 62.
27.
4
2
4
5
55.
46
47
48.
49.
50.

(3) (30)

GÖELE FORTUNANTE!

DE TRIBUS VIRIS ABRAHAMO APPARENTIBUS

Gen : XVIII. v. 1. sqq.

SECTIO I.

sistens

Varias Sententias

§. I.



E Tribus Viris Abrahamo apparentibus commentaturi varias Interpretum Sententias reperimus. Nonnulli hystoriæ veritatem negant. *Aben-Ezra*, apud *Joh. Hoornbeck* in Tract: de Convinc: Judæis lib: V. cap: II p. m. 396. notat, interpretes dicere; quod DEUS apparuerit Abrahamo in visione prophetica. Quam opinionem *Hoornbeckius* c. l. refellit. *Gerundensis*, observante *Joh. Coccejo* Tom: 1. Opp. ad h. l. f. m. 127 refutat *Moser* *Maimonidem*; qui censet fuisse istam visionem ecstasticam s. spiritualem. Infertque, ergo similiter *Lotho* cap: XIX. Angelos visos esse in somnio & sodomitas ea egisse in somnio quæ egerunt; totamque hystoriam nihil esse nisi somnium. conf: *Regnerus*. à *Mansvelt*: lib: sing: adversus *Anonymum Theologo-polit*: cap: VI. §. 10. p. m. 65. Veritatem hujus apparitionis, quam ipse Spiritus S. emphaticis verbis describi & rationibus efficacissimis confirmari voluit, satis impudenter etiam infringit *Thomas Hobbius*, quando Angelos, qui adparuerunt *Loth*, appellat imagines in Phantasia ejus formatas à DEO: item: somnium & Phantasma in *Leviath*: cap: XXXIV. p. m. 187. Cujus sententiæ $\alpha\gamma\omega\gamma\alpha\ \psi\epsilon\upsilon\delta\omicron\varsigma$ est: Angelos non esse res permanentes & simul incorporeas. Quod à Theologis nostris in systematibus passim solidissimè profligatum est. Conterriquoque merentur *Voëtius Dissp: sel: Tom: I. p: 909*. *Gerhardus Job: Vossius de idololatr: Gentil: lib: I. c. 6. B. Nathan: Falckius in Demon: recent Auctorum falsa Dissp: III. §. I. sqq. B. M. Lucas Backmeisterus in Dissp: de Angelis th: I. B. Balthasar Mentzerus in Angelologia sacra §. 5. sq. B. Schomerus in Colleg: recent: contror: cap: VI. §. I. Gisbertus Cocqvius in Anat: Hobbes: p: m. 138.*

A

§. II. Aliæ

§. II. *Alii*, qui veritatem historiarum in dubium hauri vocant, adhuc inter se disceptant, quinam fuerint tres hi viri Abrahamo adparentes? *Quidam* putant fuisse tres viros Prophetas missos ad Abrahamum, uti legere est apud *Tostatum* Tom. I. opp. in Cap. xviii. Gen. Affinis huic sententia est, quam tuetur *Petrus Molinæus* libr. iv. Vatis sui cap. xiv. p. 30. Dicit autem fuisse veros homines à Spiritu Messia & Spiritibus Angelicis agitados ad ea agenda, quæ ipsi non intelligerent, phantasia eorum obsessa & à consuetis cogitationibus abducta. Additq; homines hoc negotio peracto, ad quod fuerint à Deo adhibiti, discusso veterno & cessante ecclasi ad consuetam munia reversionem esse, immemores eorum, quæ impulsore Spiritu divino aut angelico egissent. Sed merum commentum hoc est. Ita & *Balthasar Beckerus* in *der bezauberten Welt* cap. xx. tres homines fuisse censet. *Böhmi* delirantis tutoris Gôrlicensis somnia, quæ in fanatico scripto *mysterium magnum* dicto, recenset, ne chartam maculare videamur, non adducemus.

§. III. *Anonymus* quidam in *Dissert. singulari de existentia animarum, antequam in aspectabili hujus vite theatro comparant* anno 1672. editâ somniat; animam Christi, priusquam ex & in Mariæ virgine conciperetur, extitisse seorsim, & cum hominibus nonnunquam conversatam esse. Hoc ut prober, ad apparitiones Messia in V. T. factas satis impudenter provocat. Errorum hunc solidissime refellit *B. Balthasar Bebelius* in *Exercit. Theol.* adversus præexistentiam Animarum humanarum contr. *Christoph. Sandium* & *Anonymum* anno 1675. Argentorati edit. Cap. III. p. 126. sqq.

§. IV. *Alii* tres viros hos fuisse *Angelos creatos* statuunt. Ita *S. Eucherius* Lugdunensis Episcopus in *Comm. in Gen.* ipsi falso adscript. Lib. II. *In tribus viris*, inquit, quos dubitandum non est *Angelos* fuisse, quamvis quidam existimet unum ex eis fuisse *Dominum Christum*, adserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem divina potentia & invisibilis, incorporalis, immutabilisq; natura, sine ulla etiam sui mutatione, etiam mortalibus aspectibus apparere, non per id quod est, sed per aliquid, quod sibi subditum est. Quid autem sibi subditum non est? Veruntamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse *Christum* quia cum tres vidisset, ad Deum singulariter est locutus: cur non & illud advertunt duos ex eis venisse, ut *Sodomitæ* deleterentur, cum ad huc *Abraham* ad unum loqueretur, *Dominum* cum adpellans & intercedens ne simul justum cum impiis *Sodomitis* perderet. Illos autem duos sic suscepit *Loth*, ut etiam ipse

ipfe in colloquio suo cum illis singulariter Dominum appellet? Nam cum illis pluraliter dixisset: Ecce Domini declinate in domum pueri vestri &c. postea tamen ita legitur: & tenuerunt Angeli manum ejus, cont. Biblioth. Patrum Maxima Tom. vi. f. 898. t. edit. Lugdun. Eandem sententiam fovent ex Scholasticis Bonaventura Lib. II. Distinct. 8. quæst. 1. Lit. E. Gabriel Biel, in Invent. Generali Lib. II. dist. 8. dub. 3. lit. m. ac plerique Pontificii, quos secuti sunt Syncretista D. Georgius Calixtus in Disp. de Sanctissimo Trin. Mysterio §. 24. it. in Historia Josephi ad cap. XLVIII. Genes. v. 16. p. m. 56. sq. Christianus Dreyerus in der Erklärung p. 116. & Joach. Hiltebrandus in Coll. MSS. Anno 1662. habit. Disp. xi. de apparit. V.T. §. 2. Ita etiam Judæi communiter & Sociniani, cum quibus facit Hugo Grotius, qui ad v. 3. annotat; Adonai equidem plurali esse, tributamen Uni creato Angelo inter ceteros eminenti honoris causa: & Jehovam coram quo steterit Abraham v. 22. esse Angelum, qui Dei personam retulerit. Eundem fere in modum disserit ex Arminianis recentioribus Joh. Clericus in Comment. in Genes. p. 135. sq. qui & suam sententiam testimoniis Augustini, Scriptoris Epist. ad Hebræos & Philonis corroborare conatur, cont. Philipp à Limborch. in Theol. Christ. lib. II. c. 1 p. 52.

§. V. Sunt etiam inter Interpretes, qui sub specie trium Virorum SS. Trinitatem adparuisse adserunt. Lyra in h. l. scribit, communiter tenere Ecclesiam Abrahæ fuisse factam revelationem de Trinitate divinarum personarum & unitate essentiae divinae. Athanasius Dialogo 3. de Trinitate cum Macedonio habet: Tom. II. Opp. edit. Commel. p. 186. statuit; tres viros hos fuisse Deum. Augustinus Lib. II. de Trin. cap. XI. & XII. observat; quod tres Viri visi sint, nec quisquam in eis vel forma vel etate vel potestate major dictus est, cur non hic accipiamus visibiler infirmatam per creaturam visibilem Trinitatis aequalitatem atque in tribus personis unam eandemque substantiam. Fufius autem idem argumentum tractat toto sermone 7. de tempore. cont. Joh. Forbes à Corfe in instruct. Hist. Theol. lib. 1. cap. 7. f. 28. Hermannus Wisfius in Oecon. foederum lib. IV. cap. III. p. 589. seq. Didacus Ruiz de Moneoya in Comm. ad Disp. in I. part. S. Thom. de Trin. Disp. 36. Sect. 4. n. II. p. 124. ex hoc loco Trinitatem demonstrari posse existimat. Ita & Joh. Coccejus Tom. VI. opp. in Aphor. brev. per universam Theol. Disp. VI. f. 6. pluralitatem personarum ex V.T. demonstraturus ad hanc apparitionem

onem provocat, f. 4. Et idem confirmat c. 7. in *Tract. de sed. cap. VII.* §. 321. f. 56. ubi his verbis mentem suam declarat: *Inter πατριάρχαιος & exercitia fidei Abrahami non est omittenda visio, qua Deus se ille τειρόντος manifestavit Genes. 18. & 19. ut in unâ voluntate divina trium personarum, quarum secunda mediatoris officium suscepit, salutis spem fundari certius crederet, clariusq; cognosceret, quomodo conterens capue Serpentis, itemque is, in quo tanquam auctore, est benedictio & semen esset & Deus.* De qua visione velim legi Augustinum Tom. III. lib. 2. de *Trin. cap. XI. & XII.* cujus verba à nobis supra adducta vide. Eandem opinionem in Belgio potissimum acerrimè propugnant Cocceji asseclæ vulgo Coccejani dicti. *Franciscus Burmannus* in *Oecon. fœd. Tom. 1. lib. I. cap. xxxiii.* postquam manifesta fatis in Veteris Testamenti codice occurrentia testimonia ac documenta fidei sacrosanctæ Trinitatis adstruendæ ac statuminandæ adduxerat, hujus etiam apparitionis mentionem facit dicendo p. 184. §. 14. *Nec rejicienda illustris illa apparitio trium virorum Abrahamo facta Gen. 18. & 19. quæ ex analogia mysterii SS. Trinitatis uniformiter explicanda est, cum & honor & nomen & opera Deo propria ipsis attribuantur.* *Audiatnus Wilhelmus Mommam*, qui in *Oecon. temporum lib. 1. cap. vii. p. 62.* postquam historiam consideraverat secundum suas circumstantias, tandem infert; *Unde concludere nos veritas cogit ipsa, Deum τειρόντος, unum & trinum, Patrem Filium & Spiritum S. Abrahamo se manifestasse in forma & specie visibili.* Quæmadmodum etiam apud baptismum Christi, Pater humana carne, Spiritus instar columbæ videndum & audiendum se exhibuit *Matt. III. 61. 17.* ita Abraham in fide sanctissima, Deum in filio, semine benedixere & Spiritu S. ad diem redemptionis obsignare visione hac excellentissima confirmatus haud parum fuit. Discursum suum verbis Augustini obsignat. Eandem hypothesin operosè defendit *Petrus Allinga* in *face dissidij exinctâ cap. XL. p. 90. sqq.* A parte Coccejanorum hîc quoque stant *Job. Forbes à Corse c. 1. & Hermannus Witsius c. 1.* qui alias eorum retellit opiniones. E. nostris *B. Lyserus* in *Disp. de verâ Rellg. Abrahami §. 17.* quanquam profiteatur, se nolle ita strictè urgere, omnes tres Deitatis personas in adiunctis visibilibus formis apparuisse, dicit tamen haud absurdum esse, tres istos Viros fuisse tres Deitatis personas. Id quod etiam e contextu probare conatur.

§. VI. Nonnulli etiam in eâ sunt opinione; Trinitatem admi-

num

num

nimum symbolice Abrahamo adumbratam fuisse adparitione trium. Itatenire videtur B. Megalander noster in glosa marginali scribens. Für einen fällt Er nieder und redet als auch mit einem, und doch mit dreien/ da ist die dreifaltigkeit in Gott angezeigt. At vero hoc, quod paccanti Viri dixerim, certis probari nequit rationibus. Cautiores nos esse oportet in adstruendo SS. Trinitatis mysterio, ne præfracto Adversario ridendos nos exhibeamus. Hinc recte pronunciauit *David Parane* in *Cap: XVIII, Gen: v. 1.* Trinitatis mysterium hinc confirmare nec esse necesse, quia solidiora habemus, nec solidum, quia Angeli discretè adpellantur Hebr: xiii. v. 2. conf: B. *Stephanus Klotzius* in *Angelolatria puncto IX. p. m. 163. sq.*

§. VII. Alii denique statuunt; tres illos viros fuisse Deum sive Filium Dei, stipatum duobus angelis creatis. Et hæc sententia, iudice *Klotzio* c. l. p. 187. simplicissima est, plurimisque & testimoniis Patrum aliorumque probata & confirmata, ut ex infra dicendis ad oculum patebit.

SECTIO II.

exhibens

GENUINÆ SENTENTIÆ,

confirmationem.

§. I. Genuina ergo sententia est; apparuisse hic ipsum Jehovah & quidem filium DEi stipatum duobus Angelis creatis ceu ministris; Hujus sententiæ veritas, ut constet, eam peculiaribus adser-tionibus includemus.

§. II. Dicimus (N) Ipse Jehova Abrahamo apparuit. Probamus autem adlertum generali hoc argumento. Cuicumque (I) nomina creaturis incommunicabilia (II) opera vere & mere divina tribuuntur (III) cultus religiosæ adorationis exhibetur, ille omnino est DEus. Atqui uni ex tribus his viris tribuuntur (I) nomina creaturis incommunicabilia &c: Ergo unus ex illis est DEus. Majoris veritatem vel ipsi termini adstruunt & confirmant. Minor quoad singula membra demonstranda erit: (1) quod nomina creaturis incommu-nicabilia uni ex tribus viris adparentibus tribuantur, hoc ratiocinium declarabit: Cuicumque tribuuntur nomina *Jehovæ* & *Adonai*, illi nomina creaturis incommunicabilia tribuantur. Atqui uni ex tribus Viris nomina.

33. 67
 32. 66
 31. 65
 30. 64
 29. 63
 28. 62
 27. 61
 5
 4
 3
 2
 1
 55.
 46.
 47.
 48.
 49.
 50.

nomina *Jehova* & *Adonai* tribuuntur. Ergo. *Majoris* consequentiam legitimam esse ut constet, probandum est (a) Nomen יהוה DEi proprium & incommunicabile esse nomen. Quod negant *Sociniani*; ut *Ostorodus* Instit. cap. x. p. 70. *Crellius*, de DEo & attributis cap. xi. p. 78. 82. *Arminiani Simon Episcopus* lib. 4. Instit. sect. 1. *Philippus à Limborch* lib. II. cap. 1. p. 51. Theol. Christ. § 7. *Job. Clericus* in Genes. t. 135. *Syncretista*, *Georgius Calixtus* c. l. § 37. 39. *Christianus Drej. erus* c. l. p. 116. statuentes; illud Angelis tanquam legatis DEi in scriptura tribui. Nos rationes sequentes urgemus (1) quia nomen proprium appellativo oppositum non nisi uni convenit, cum proprium grammaticis dicatur, quod uni soli rei convenit. Jam autem nomen *Jehova* est illiusmodi nomen proprium. Colligitur id (a) ex notis, jod sc. præformativo, carentia numeri pluralis, reprobatione He demonstrativi, affixorum & status constructionis, quia nusquam cum illis reperitur, nec in regimine collocatur. (2) ex usu Exod. III. 13. 14. 15. 1. Reg. xviii. 21. Urgemus (2.) quia Deus hoc nomen sibi ita vindicat, ut se illud alteri non esse daturum expresse dicat *Jes. XLII. 8.* Ut autem exceptionibus omnis præcludatur via, notamus (a) nomen יהוה non esse inanem titulum, sed notare divinam gloriam, quæ re ipsa est in יהוה. Unde etiam ita habetur in textu: Ego *Jehova*, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, illam scilicet, quæ per illud essentielle & proprium nomen meum exprimitur. (2) per vocem alteri non tantum excludit eos, qui DEO sunt contrarii, sed simpliciter & universaliter omnes eos, qui sunt extra Deum. Nam præterquam, quod & alibi hic sit vocis usus Exod. XX. 1. 2. Deut. V. 7. per vocem alteri hic sese Deus opponit etiam Israelitis, imo & Prophetis suis, qui tamen in officio suo non erant Deo contrarii, sed Dei gloriam prædicabant & propugnabant *Jes. XLIII. 12. XLIV. 7. 8. XLV. 4. sq.* Urgemus (3.) Quod nomen hoc immediata creaturarum & idolorum oppositione tribuatur Deo *Pf. XCVI. 5. Mich. IV. 5.* Jam autem certum est; illud quod uni oppositorum ita tribuitur, ut id ab altero propterea distinguatur, non tantum alteri non competere, sed & illius, cui tribuitur, esse proprium. Urgemus (4) Res per illud nomen significata nulli competit creaturæ, nempe per se esse & existere æternum & immutabilem esse & omnium rerum causam & promissionum præstatorem Ur-
gemus

gēmus (s.) Qvod nullum ex sacris produci possit exemplum, in quo illud ulli creaturæ communicerur. Nunquam Angeli nomen Jehova sibi sumserunt, quamvis locuti sint instar Domini mittentis. Non enim illi commiserunt sacri legium, nec honorem Domini sui sibi arrogarunt. conf. B. *Gerhardus* in *Exegel. Loc. II. de Nat. & attributis divinis* §. 28. sq. *Hunnius* in *Exam. errorum Photin.* p. 203. sq. *Wellerus* in *Begweiser der Gottheit Jesu Christi* p. 70. *Haberkornius* *Syntagm.* 1. p. 204. sq. *Calovius* *Tom.* 2. *System.* p. 159. sq. in *Harmon.* p. 808. sq. *Rudrauffius* in *Sylloge extens. L. de Deo* quest. 3. p. 5. sq. *Schomerus* in *Colleg: Anti-Socin.* cap. III. de Deo Qv. III. e Calvinianis *Antonius Cregutus* in *Revelat. Arcan.* p. 213 *Wilhelmus Momma* in *Prælect. Theol. de Deo* p. 62. sq. *Joh. Hoornbeck.* lib. V. cap. II. p. 394. de *Convinc. Jud.* Ex nomine hoc Jehova quidam volunt esse contractum nomen Dei יהוה vid. *Gerhardus* cit. loc. §. 7. *Pollanus* in *Syntagm.* p. 254. *Spanhemius* P. I. *Disp. Theol. Miscell.* p. 38. *Vulgatam* hanc opinionem apprehenderat quoque B. *Mich. Waltherus* P. I. *Ipecilegii sui* p. 18 *Sed* in *Cent. Miscell. Theol.* p. 347. eam carpit, cumque Hieronymo agnoscit, ut utrumque ab una descendat radice יהוה & יהוה esse tamen distincta nomina, nec יהוה esse contractum ex יהוה. Nam præterquam, sunt verba B. *Soceri mei Mich. Siricii* in *Colleg. Theol: Disp. III. th. 10. p. 42.* quod improbabile admodum sit, nomen יהוה sanctissimum & qua formationem, significationem & constructionem prorsus singulare, ita immutari, jungitur nomini יהוה tanquam ab illo distinctum *Jes. xii. 2. c. xxvi. 4.* *Sed hæc ὡς ἐν παραδόξῳ dicta sunt.* *Minor* pro-syllogismi patet ex *Epigraphe relationis Molaicæ v. 1.* visus est Jehova. *colat. v. 13. 20.* Qvod autem attinet (b) nomen אלהים, quod hic cum occurrit, observant eruditi, illud quasi pluralis formæ esse. Profertur loco Jehova à Judæis nisi idem antecedit vel sequatur; Tunc enim legitur pro Elohim. Descendit autem nomen ab אלהים quod *Dominum* significat. Adon autem est ab אדון. *Basis, fulcrum.* Notat idque ratione primæ suæ originis universale Dei omnia conservantis *Dominium.* At ratione formæ suæ Pluralis peculiaris pluralitatem personarum. Cum Deo tribuitur semper desinit in *αἰγιόσωσ ἐνεκα,* est tam incommunicabile creaturis ac ipsum nomen Jehova. vid. B. *Dorfeheus* in *Theol. Zach. P. II. Disp. 4. §. 5. p. m. 142* sq.

sq. *Hebraei* annotante *Coccejo* Tom: I, opp. f. 10. 127. §. 5. hic observant Discrimen inter Adonai quod in nostro loco est & Adonai, quod est c. XIX. 2. Hoc enim est nomen sanctum illud autem nomen commune, Et hoc quidem est simplex plurale ut Elohim, cui adjicitur verbum, pronomem & epithetum singulare. Illud autem est compositum cum quo junguntur verba & pronomina pluralia. Nomen autem hoc Adonai cum uni ex tribus tributum legimus v. 3. 27. 30. 31. (II) Opera vere & mere divina uni ex tribus tribuuntur. Argumentum hoc est: Cuicumque opera vere & mere divina tribuuntur, ille est Deus. Atqui uni ex tribus his viris opera vere & mere divina tribuuntur. Ergo. Ille est Deus. Major clara est. Minor probatur: Cognoscit enim Saram in corde suo ridere v. 11. 13. imo nihil sibi absconditum esse ait v. 14. 15. quod soli Deo proprium est 1. Reg. VIII 39. Ps. VII. 10. Jer. XI 20. XVII. 10. XX. 12. Quidquid etiam contra expressam hanc scripturam literam ogganniant ex *Cartesianis Antonius le Grand* in Instit. Phil. P. III. artic. 3. p. 217. sq. & *Job. Schulerus* in Exerc. Phil. Lib. 3. qv. 29. p. 217. statuentes, angelos intelligere secreta cordis humani. Legi omnino meretur *B. Nathan. Falckii* Disp. de qvæst. Num Angeli intelligant secreta cordium Wittebergæ Anno 1692. hab. Clamores peccatorum ad se ascendisse testatur v. 20. At solus Deus est ad quem tanquam scelerum vindicem clamant peccata Gen. IV. 10. Jon. I. 2. Jel. V. 4. Apoc. VI. 10. Dicitte judicem universæ terræ & v. 22. tribuit sibi autoritative, quod propter paucos justos nolit perdere Sodom ad preces Abrahamæ v. 26. 28. 29. 30. plura habet *B. Klotzius* in Angelolatriâ p. 191. sq. (III.) Cultus religiosæ adorationis uni ex tribus exhibetur. Arguo Cuicumque cultus religiosæ adorationis exhibetur, ille est Deus. Atqui illi, qui inter tres honorator apparet Abrahamo, exhibetur cultus religiosæ adorationis. E. Ille est Deus. Majorem sic conhrmo, quia solus Deus religiosè colendus Ps. L. 15. quod multis demonstrat *B. Klotzius* c. 1. p. 89. sq. Minor autem, quæ hæc est: Illi, qui inter tres honorator adparet Abrahamo, exhibetur cultus religiosæ adorationis, uberius demonstranda est. *Gabriel Biel* in Invent: Gen. lib. 2. qv. 1. dub. 3. scribit: adorationem illam non fuisse latriam, quæ DEO offertur, nec duliâ quæ Angelis exhibetur, sed duliâ, quæ hominibus reverentiæ ergo exhiberi solet. *Bonfrerius* apud *Matthæum Polum* in Synop.

nops. Crit. ad Cap. xviii. Gen. intelligit civilem adorationem. Ita & sentiunt *Nicolaus Arnoldus* in Luc. tenebr. p. m. 46. *Job. Clericus* in h. l. f. 36. *Joach. Hiltbrandus* in Instit. sacris Disp. ix. p. 167. Sed vero, ut jam nihil de distinctione Pontificiorum inter latriam & dulcam, quam scriptura ignorat & ianiores Theologi rejiciunt vid. B. *Klotzius* c. l. p. 62 sqq. B. *Siricius* in ostens. fundament. Apol. II. p. 194 sq. B. *Frid. Balduinus* in Cas. Consc. p. 160. sqq dicamus, Abrahamum, postquam vidit non esse meros homines, qui adparuerant, honorem vere divinum exhibuisse uni ex tribus viris constat (1) quia illum pro Sodomæorum liberatione invocat & implorat v. 23. Illum ut iudicem terræ veneratur & agnoscit v. 22. (3) illum fatetur esse Dominum suum, coram quo sit pulvis & cinis v. 27. Bene Clar. *Witsius* in Oecon. tæd: lib: IV. cap: 3. p. m. 590. scribit: *Jeæ composita Patriarchæ verba sunt, ut non civilem duntaxat ac proletariam humanitatem, sed religiosam observantiam exprimant.* Ita vero coram Angelo creato aut ulla creatura sese humiliare atq; prosternere nemo mortalium debet, neque absque grandi idololatria admirabilis Vir Abraham facere potuisset. Possent hæc testimoniis patrum illustrari, sed illa sequentibus paginis reservamus. Conf: interea B. *Jacobus Martini* de tribus Elohim Lib: I. cap: xv. sqq. p. 188. sqq.

§. III. Ut tandem, quid statuendum sit, specialius determinemus, dicimus (□) *Nec Pater, nec Spiritus S. sed solus Filius Dei duobus Angelis creatis stipatus Abrahamo adparuit.* Tria hic momenta specialem considerationem merentur. Primum est: *Pater prima Deiæ Personæ Abrahamo h. l. non adparuit.* Prob: (a) quia Pater nunquam dicitur Angelus. *Tertullianus* lib: adv: Praxeam c: xxvi. de Angelo, qui Saræ adparuit ancillæ ita differit: *Querant quid in presenti loco hæretici tractent, Pater fuit iste, qui ab Hagaræ visus est annon? quia Deus positus est. Sed absit Deum Patrem Angelum dicere. Quod ipsum etiam voluerunt Patres, qui ex Antiochenâ Synodo ad Paulum Samositanum epistolam Synodicam exararunt. Qui Filium esse contendunt eum, qui in V. T. identidem Patribus apparuit atque cum illis collocutus est. Qui alias angelus, inquirunt, alias Dominus, alias Deus scripturarum testimonio declaratur. Nam Deum univ. sorum impium sit angelum dici credere. Angelus vero Patris est Filius: qui & ipse Dominus ac Deus est: Scriptum est enim: magni consilii Angelus. Ex*

quo elucescit sententiam Præfulum illorum huc tendere: **DEI** quidem ac Domini nomen Patri & Filio proinde competere: Angeli vero adpellationem, utpote missionem ab altero significantem, neuiquam Patri, qui ab altero non magis dici potest missus, quam natus, convenire. *Isidorus* lib. 1. sentent: de summo bono c. 10. *ubicunqve in Scripturis*, ait, *pro Deo Angelus ponitur non Pater, non Spiritus S. sed pro incarnationis dispensatione solus filius intelligitur*, ut videlicet illa præstantissima & substantialis missio fuerit ratio propter quam missus olim fuerit ad Patres sub specie nature, quam adiuturus erat. Prob: (b) Quia Pater nunquam mittitur ab aliquâ personâ. Id autem demonstratur (1) *ratione*. Quoniam missionis quidditas, ut Scholastici Doctores loqui amant, includit processionem ab alio principio, communicante substantiam consilium, determinationem, potestatem &c. Sed Pater à nullo principio procedit, nec communicatam accipit substantiam, consilium &c. Ergo Patri non potest passiva missio convenire, sed tantummodo duabus personis precedentibus videlicet Filio & Spiritui Sancto, (2) *testimoniis Patrum* aliorumqve. *Augustinus* lib. II. de Trinitate cap. V. *Pater*, inquit, *solus nunquam legitur missus*. Et lib. un. contr. Sermon. Arian. cap. 4. *Solus Pater*, ait, *non legitur missus, quoniam solus non habet autorem, à quo genitus sit, vel à quo procedat. Non enim splendor aut fervor ignem, sed ignis mittit splendorem s. fervorem.* *Isidorus* lib. VII. etymol. cap. III. §. 4. scribit: *Pater nunquam legitur esse missus*. Idem docent *ex Scholasticis Vasquez Disp. 170. c. 3. Suarez lib: XII de Trin: c. II aliiqve à Didaco Ruiz de Montoya in Comment. de Trin. Disp. 103. sect. VIII. n. 3. allegati*. Hinc Patres tam Græci, quam Latini statuerunt; Patrem in V. T. nunquam adaptasse humana formâ. Ex Patribus Græcis *Eusebius* Histor. Eccles. lib. I. cap. 2. Angelum, qui ab Abrahamo adorabatur ut Deus, ut omnium iudex non Patrem, sed filium hac ratiocinatione probat *Nam cum absurdum & ab omni (sonant verba latinè reddita) ratione alienum sit, tum ut ingenua & immutabilis Dei omnipotentis natura in speciem hominis convertatur, & creatura alicujus phantasmate oculos inuentium fallat, tum ut sacra scriptura quidquam huiusmodi falso confingat.* *Deus ille & Dominus, qui iudicat omnem terram & facit iudicium sub hominis specie adparens, quisnam alius adpellari possit quandoq. idem de prima omnium rerum auctore hac accipere metas est (præter ipsam*

ipsum, quod ante omnia subsistit Dei verbum? Eandem ratiocinationem adhibuerat Eusebius lib. 5. de Evang. demonstrat. p. 147. At vero ob hæc aliaque dicta castigatus est à Petavio de Trin. lib. 8. c. II n. 6. p. 79. ac si itatueret; Filium Dei, qui visibili specie olim adparuit, revera alienæ esse, à Patre naturæ, ac per adparitiones illas actu mutatum fuisse. Alii vero Eusebium defendunt, quia blasphemiam istam multis in locis apertissimè rejecerit. Nos in præsentiarum hanc litem nostram non facimus. Sufficit ex illis demonstrasse, Eusebium apparitiones V. T. non Patri, sed Filio adscripsisse. Conf. Cyrillus Hierosolymitanus in quarta decima Catechesi. Basilius in 2. adv. Eunomium p. 274. edit. Paris. 1683. Theodoretus in 5. adv. Hæres. c. 1. & in quæst. 5. in Exod. Ex latinis Patribus vid. Hilarius lib. 4. de Trin. Cassianus lib. 4. de incarnar. cap. 9. Isidorus lib. de nat. Domini c. 1. aliique apud Petavium de Trin. lib. 8. cap. 2. conf. Georgius Bullus in defenf. fidei Nicen. p. 476. seqq. Secundum momentum est: Tertia Deitatis persona Spiritus S. h. l. Abrahamo non adparuit. Prob. quia Spiritus S. nusquam in sacris literis vocatur Angelus, aut amplius in Symbolo humano adparuit. Quilibet ergo facillimo colligere potest negotio; frustra heic Spiritum Sanctum vocari Angelum, atque sub forma Viri adparuisse fingi. Fundamentum quod in textu quærunte adversæ partis Patroni admodum leve est; quoniam imo totius Sacræ Scripturæ Stylo & Spiritus Sancti consuetudini contrariatur. Tertium momentum est: Filius Dei stipatus duobus Angelis creatis adparuit Abrahamo. In hoc adserto duo iterum expendamus, operæ pretium est (1.) Quod Jehova hic adparens Filius Dei fuerit. Prob. (1) quia ipse ceu oratorem SS. Trinitatis ac mentis divinæ interpretem te ubique in V. T. manifestaverit. Notari hic meretur, Chaldaicas paraphrases, quoties fere in Scriptura V. T. de Deo nobiscum loquente, nobis auxiliante aut nobiscum denique versante sermo est, nomen Dei reddere מִימְרָא vel מִימְרָא verbum indicantes sc. istis in locis de Filio Dei agi, qui verbum adpellatur & cujus proprium est loqui nobiscum. Sic Gen. III. v. 8. pro *audiverunt vocem Domini Dei* Targû Onkelos & Targum Jonathani adscriptum habent; *audiverunt vocem verbi Domini* ibid. v. 9. pro *& Deus vocavit Adamum*, Targum Hierosolymitanum, & *verbum Domini vocavit Adamum* Gen. XXI. v. 20. pro *& Deus fuit cum illo*, Onkelos & *verbum Domini fuit illi auxilio* & v. 22. *Deus est tecum*, Onkelos &

B 3

Ver-

33.
32.
31.
30.
29.
28.
27.
26.
25.
24.
23.
22.
21.
20.
19.
18.
17.
16.
15.
14.
13.
12.
11.
10.
9.
8.
7.
6.
5.
4.
3.
2.
1.

Verbum Domini est tibi subsidio. Of. I. 7. *Et servabo eos per Jehovam Deum ipsorum.* Targum Jonathanis habet: *Et servabo eos per verbum Dei Domini sui.* Quem locum & veteres Christiani Scriptores de salute populi Dei per Christum procuranda, communiter explicaverunt. De causa hujus locutionis legi potest *Jacobus Capellus* in Annotat. ad Joh. I. 1. Conf. *Hermannus Witsius* in Exerc. Acad. in. Exerc. IV. de sermone Deo p. m. 159. sqq. quæ nunc exhibetur Tom. II. Miscellan. *Prob.* (2.) quia sola media Trinitatis persona Deus incarnandus erat, cujus suæ incarnationis quædam quasi præludia exhibebat in temporaria illa Viri seu hominis formæ assumptione. *Prob.* (3.) Quia qui hic Jehova dicitur Gen. XXII. 11. & alibi passim Angelus appellatur, Angeli autem titulum non alia persona, quam media sibi vendicat, quod ex inductione locorum sacrorum patebit. Scriptura mox hominibus Gen. XXXII. 3. mox Sacerdotibus, Prophetis, & Ecclesiæ ministris, qui à DEO mittuntur Jes. XLII. 19. Mal. II. 7. III. v. 1. mox Spiritibus celestibus, quibus hoc nomen factum est, quasi proprium Gen. XXVIII. 1. Ps. XXXIV. 8. Tandem καὶ ἄγγελον Filio DEI secundæ Trinitatis personæ tribuit nomen Angeli. Ita dicitur Gen. XLIX. 16. Exod. XXIII. 20. & cum adjectione Angelus Domini Exod. III. 2. Jud. VI. 11. Angelus DEI Gen. XXXI. 11. Exod. XIV. 19. Angelis faciei ejus Jes. LXIII. 9. Angelus foederis Mal. III. 1. de quibus locis consulatur B. *Salomon Glossius* in Onomatol. p. 57. seqq. Et si ipsam vocis vim pensavimus, apparet nostram adsertionem haud levi inniti fundamento. Est enim angelus vi vocis idem quod *missus*. Unde in scholis Theologorum dicitur; Angelus est nomen officii, quod vi originis ac significationis spectatum non ipsam exprimit rei naturam, sed officium missi, ut ut non præcise ad servitium. Quod ex antiquis Patribus Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Isidorus calculo suo jam diu approbarunt. Vid. Magnif. Dn. D. *Joh. Schmidii* Fautoris ac Amici nostri longe honoratissimi Disp. de Angelis Pusillorum faciem patris & c. ad Math. XVIII. 10. superiori anno habit: §. II. Sicuti quoque vocabulum hebræum מַלְאָכִים, quod à radice apud Hebræos inusitate מַלְאָכִים quæ teste *Ludovico de Dieu* ap. Dn. D. *Schmidium* c. l. apud Æthiopes ad huc in usu est, & mittere significat, optime deducitur, idem prorsus ac vox græca ἄγγελος notat. Conf. *Joh. Coccejus* in *Lexico Fol. m.*

406. seq. Missio autem formaliter & præcise sumta habitudinem & relationem missi ad mittentem importat, ut recte monet *Thomas P.* 1. qv. 43. artic. I. At mittitur in divinis non Pater, quia missio passiva processionem ab alio præsupponit. Conf. quæ supra diximus. Pater autem nec à Filio nec à Spiritu S. est. Ergo à neutro mittitur. Mittitur quidem à Patre & Filio Spiritus S. non tamen ut Deus incarnandus. Atque hinc est quod ipse nullibi in Scriptura Angelus vocetur. Filio DEi autem hoc nomen in allegatis locis tribuitur ex singulari prorsus ratione, notatque sanctissimum ejus officium, quod scilicet missus fuerit à DEO Patre ad exequendum redemptionis opus, uti applicatio habetur *Jes. LXI. 1. seqq.* His rationibus (4) addimus consensum Patrum aliorumque Doctorum. *Justinus Martyr.* in Dial. cum Triphone p. 275. 277. 280. 281. seq. prolixè probat, Filium DEI fuisse qui ad ilicem Mamre Abrahamo adparuit; qui Dominus ille fuit qui à Domino in cælis ἐκ πατρὸς τῶν ὄλων h. e. ab universorum Parente accepit, ut ignis & Sulphuris pluviam super Sodomam dimitteret; Qui Jacobo adparuit in somnis, in specie hominis cum eodem fuit luctatus, eundem in exilio fuit consolatus; qui denique adparuit Mofi in rubo ardenti. Eandem veritatem egregie confirmat *Irenæus* lib III. adv. Hæres. c. VI. p. 260. de everfione Sodomitarum: *pluit Dominus super Sodomam à Domino de cælo; Filium hic, inquit, significat, qui à Abraha collocutus est & à Patre acceperit potestatem ad judicandum Sodomitas propter iniquitatem eorum.* Idem lib. 4. c. 23. p. 400. diterte scribit: *Filius DEI ubique infeminatus est, in scripturis Mofis, aliquando quidem cum Abrahamo loquens, aliquando cum eodem comersurus, aliquando Sodomitis inducens judicium.* *Clemens Alexandrinus* eadem terme cum Justino tradit *Pædag.* lib. I. c. 7. Ubi dicit *Pædagogum* (per quem Christum intelligit) Abrahamo adparuisse, visum fuisse Jacobo, cum eo quoque colluctatum, se denique Mofi manifestasse p. 110. *Tertullianus* apertissime hac de re ac plenissime disserit lib. adv. Prax. cap. XVI. *Filius est, qui ab initio judicavit, turrim subissimam elidens, linguasque disperdens, orbem totum agrarum violentia puniens, pluens super Sodomam & Gomorrhham ignem & Sulphurem, Dominus à Domino. Ipse enim & ad humana semper colloquia descendit, ab Adamusque ad Patriarchas in visione, in somno, in speculo, in enigmatibus, ordinem suum præstruens ab initio semper. Quæ erat persecuturus.*
infinita

infinita semper ediscebat, & Deus in terris cum hominibus conversari alius non potuit, quam sermo, qui caro erat futurus. Ediscebat autem ut nobis fidem sterneret, ut facilius crederemus filium Dei descendisse in seculum, si & retro tale quid gestum cognosceremus. Nec sane minoris momenti sunt, quæ exhibet Chrysostomus Hom. XLII. in Gen. Tres quidem in tabernaculo Abrahamæ & Angeli & eorum Dominus per idem tempus visi sunt: postea vero illi quidem ut ministri missi sunt ad subversionem illarum civitatum. Ipse autem Dominus mansit & quasi Amicus cum Amico iusto communicabat, quænam facturus esset. Audiamus porro Patres Concilii Antiocheni epist. Synod. ad Samosat. Icribentes: Hunc (Filium Dei) dicit scriptura descendisse, & Abrahamæ adparuisse ad quercum mamre, unum ex tribus, cum Patriarcha tanquam cum Domino & iudice colloquebatur, & qui omne iudicium accepisset à Patre, de quo scriptum est: Dominus pluit. Memoratu omnino dignum est; Patres Concilii Syrmienis id sub anathemate sancivisse: Si quis Abraham non Filium, sed ingenitum Deum aut Patrem ejus vidisse adfereret anathema est Can. XIV. Constantinus quoque Magnus apud Eusebium lib. 3. in vitâ Constant. M. ad Macarium Episcopum Hierosolymitanum Icribens de templo novo in Mamre extruendo: Illic primum, inquit, Salvator cum duobus Angelis sui ipsius adparitionem prolixè Abrahamæ exhibuit, illic hominibus Deus apparere cæpit. conf. Nicephorus lib. VIII. 30. Philonis hæc de materiâ iudicium silentii peplo haut involvendum est. Hic aliis Judæis sanior Deum, qui Adamo post lapsum in paradiso, qui Mosi in rubo, qui denique NB. Abrahamo adparuit, cum veteribus Christianis τὸν λόγον intelligit in lib. de somniis p. 593. 594. Et Idem in eodem libro p. 578. Dominum, qui pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem cum sanctis Ecclesiæ Patribus eundem τὸν λόγον fuisse sensit. Ex quibus adparet, quo jure Job. Clericus hunc Philonem supra pro se allegaverit. Hugonis Grotii exceptio; Philonem ipsos creatos Angelos passim τὰς λέγας adpellasse, quod nempe & ipsi pro suo modulo divinæ voluntatis nuntii ad homines atque Interpretes sint, nullius certe ponderis ac momenti est. Nam & quæ consequentia, Philo angelos creatos vocat τὰς λέγας. E. his in locis intelligit Angelum creatum? Nulla prorsus. Concedimus equidem alibi Angelos creatos hoc nomine insigniri à Philone, certissimum tamen est, ipsum in locis adductis τὸν λόγον designasse

gnasse singularem quendam & κατ' ἐξοχὴν sic dictum, qui sit primogenitus Dei filius, Angelis omnibus adeoque universo mundo superior. Mirandum sane hominem in tantis tenebris hoc tam clarè perspexisse; Nam *lib. II. leg. Allegor. p. 93.* dicit hunc Dei sermonem esse; *superiorem universo mundo, antiquius quid generaliusq. creaturis omnibus.* Et *lib. de mundi opific. p. 5. 6.* eundem adpellat; *sermonem Dei mundum condentem.* Et *mox: invisibilem illum & intelligibilem Divinum sermonem, & Dei sermonem, super caelestem stellam fontem stellarum sensibilium.* Quin & in libro de *confus. lingv. p. 341.* ipsum dicit esse non modo Dei sermonem antiquissimum, sed & sempiternam imaginem. Et quid opus est in re tam manifestâ cumulare testimonia? conf. si placet *Hermanni Witsii Exerc. Academ. Exerc. IV. p. m. 166.* Itq. Sunt alii qui existimant Philonem in his *πλατωνίζεν*, sed juxta *Georgium Bullum* in *detens. Fid. Nicen. p. 26. §. 18.* potius statuendum, Platonem *Φιλονίζεν* h. e. sua *πειρὰ τῶν λόγων* ex Judæorum disciplina, quæ Philoni, ut ait, vernacula fuit, hausisse. Hæc de Philone. Nostram adsertionem magno etiam consensu propugnant nostri Theologi. vid. *Pelargus* in *Gen: ad h. I. B. Calovius* in *Bibl. Illustr. Tom. I. ad h. l. it. in barmon. Calixtin. hæret. Sect. III. c. 5. B. Dorscheus* Coll. ad *Concil. Syn. iense p. 140. it. in Aphorismis Theol. A. 1702. Gryphiswald. à Magnif. Dn. D. Mayero* edit. p. 9. *Dissert. III. de Trin. th. 12. B. Klotzius* in *Angelolatria p. 163. §. 7. 193. §. 26. 27. B. Jacobus Martini* in *Libr. de Tribus Elohim lib. I. c. 14. p. 193. B. Joachimus Fabricius* in *Diatrib. Philolog. Ex Calvinianis conf. Rivetus* *Comm. in Cap. XII. Hof. Melchior Leydekker* in *face Veritatis Loc. IV. controv. X. p. m. 223. Job. Hornbeck. de Conv. Jud. lib. V. cap. II. p. 396. Nicolaus Arnoldus* in *luce Tenebr. P. I. p. m. 47. (II.) Filius Dei duobus stipatus Angelis Abrahamo adparuit. Prob. (1.) ex v. 22. Cap. XVIII. ubi diserte duo à tertio recessisse & Sodomam abiisse dicuntur, qui tertius contradistincte etiam ad recedentes solus Jehova adpellatur, coram quo solo permanebat Abraham colloquium cum eo continuans *Prob. (2) Cap. XIX. 13. duo illi, qui Sodomam venerunt se se ut Angelos & servos missos à Jehovah distinguunt. Hisque Jehova ab Abrahamo recedens v. 33. cap. XVII. postquam Sodomam illi ingressi erant, se ad sociat, ut infra demonstrabitur. Conf. B. Klotzius c. l. p. 193.**

SECTIO III.

refutans

ARGUMENTA CONTRARIA.

§. I. Nunc argumenta contraria cā, quā fieri potest, brevitate, ex-

G

ami-

aminabimus. Quo vero ordine procedamus, illa ad duas referimus classes, quarum (I) ea, quæ pro tribus Angelis creatis (II) quæ pro SS. Trinitate militare videntur, exhibebit.

§. II. In I. ergo classe Arminianorum potissimum & Syncretistarum argumenta sequentia censuræ nostræ subjicienda erunt. Primum est: Apparitionem Gen: XVIII. 2. ad Filium Dei referri non posse, quia Gen: XIX. 1. vocentur Angeli. Duo autem quamvis hic Sodomam pervenisse legantur Angeli, tertium tamen excludi non posse, cum non minus in duobus illi Dominum agnoverit Lothus, ac in tribus Abrahamus. Unde & Hebr. XIII. 2. ad hospitalitatem adhortari Spiritum S. hoc argumento, cum quidam inscii Angelos exceperint hospitio. Quod si autem dicatur ipsum Filium Dei duobus stipatum Angelis apparuisse argumentum longe efficacissimum, hospitalitatis ab eo petiturum fuisse Apostolum hoc sc. quia quidam etiam Filium DEI hospitio exceperunt. *Resp. (a) in genere, & quidem (1.)* A duobus Angelis, qui Sodomam venisse dicuntur Gen. XIX. 1. manifestis textus indicis distinguitur Filius Dei, cum duobus illis discedentibus Abraham coram hoc permanserit, cumque eo colloquium instituerit, unde manifestum evadit fuisse hunc ipsum Filium Dei. (2) Supponitur Lothum in duobus hæc Dominum quoque agnovisse, quod falsum est. Licet enim cap. XIX. 18. quendam nomine proprio Dei compelleret, eumque invocet, ut parcat civitati Zoar, quod & impetratum fuit v. 19. 21. Certum tamen est hanc compellationem Lothi non spectare angelos illos duos, quorum mentio erat facta v. 11. sq. Sed eum, qui finito cum Abrahamo colloquio sese Angelis iterum adjunxit, ut liberaret animam Lothi, qui dicitur pluisse ut Dominus à Domino v. 24. qui etiam Lothum, postquam à duobus Angelis erat eductus, alloquebatur. Quo de momento infra dicitur. *Resp. (b) in specie* ad dictum Hebr. XIII. 2. & quidem iterum (1.) Incertum esse an respiciatur hic apparitio Abrahamæ facta, cum non de uno agatur, sed de pluribus, qui hospitio leguntur exceperisse Angelos. (2.) si vel maxime de apparitione facta Abrahamæ sermo sit, nil tamen exinde sententiæ nostræ decedit, cum hic de iis agatur, qui inscii Angelos hospitio exceperint, quod juxta textum Geneleos Angelis, qui cum Filio Dei advenerant, bene quadrat: Filio DEI non item. Dicit namque (2) Apostolus, quosdam inscios exceperisse Angelos. Certe Filium Dei esse præsentem bene intellexit Abrahamus, qui & antea ipsi in forma visibili sæpius adparuerat. Angelos autem esse eos, quos secum adduxerat, initio fortassis non cogitavit. Dicit (3) Quosdam exceperisse

cepisse hospitio etiam Angelos. Jam autem in Textu Geneleos non dicitur Jehovah fuisse hospitio exceptum, licet presentem eum fuisse stipatum duobus Angelis hospitio ab Abrahamo exceptis, qui & cum edere visi fuerunt luculentis ex textu adpareat fundamentis. *Secundum* argumentum est: Duas visiones diversas hic esse, & verba in initio capituli de quadam Θεοφανεία sequentia vero & *Eccetres*, de peculiari ἀγγελία esse accipienda *Resp.* Hoc Judaicum & Socinisti- cum figmentum est. Una utroque versu describitur adparitio. Nam v. 1. quis adparuerit sc. Jehova refertur. Verba autem versus 2. omnino videntur continere explicationem modi, quo Jehova Abrahamo adparuit, nempe sub specie visibili & in forma humana. conf. B. Klotzi- us cit. loc. p. 161. sq. *Tertium* argumentum: Apparitiones Dei Mosi factas Exod. III. item Exod. XIX. & XX. ad Angelos referri Act. VII. v. 30. 53. Hebr. II. v. 2. *Resp.* Apparitiones omnes istæ immediatè ad Filium Dei in forma visibili sese manifestantem, non autem ad Angelum aliquem creatum pertinent. Nam quod Exod. III. 2. ita intelligendus sit, patet (1.) quia in Textu Angelus adparens appellatur Jehova, Elohim, Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi v. 46. (2.) quia hic Angelus sibi sanctitatis divinæ attributum adscribit v. 5. (3.) quia v. 16. Moses Deum sibi locutum fuisse testatur (4.) quia Deut. XXXIII. 13. Deus, à quo benedictio postulatur, vocatur habitator rubi. Quod etiā attinet adparitiones Dei in promulgatione legis descriptas Exod. XIX. & XX. sequimur scripturam, quæ ipsum Deum in promulgatione Decalogi in propria persona, immediatè per pronomina Ego &c. locutum & ab Israelitis auditum esse adferit. vid. Exod. XIX. 5. c. XX. 1. 19. 21. 22. c. XXIV. 2. Deut. V. 45. 23. sq. quicquid sentiant è Pontificiis, Cornelius à Lapide in Exod. XX. Adamus Tannerus aliq; & Photiniani, Arminiani, & Syncretista, Angelum nempe Deum representantem promulgasse tubali voce legem, contra emphatica Spiritus S. verba, conf. B. Job. Adamus Osiander in typo legis moralis p. m. 17. sqq. Ex dictis N.T. nihil aliud evincitur. Nam Act. VII. v. 30. 38. Angelus increatus intelligitur, qui etiam ut singularis toto genere distinctus perhibetur à creatis Angelis, per quorum ordinem, stitantes & excubias Deo immediate se suamq; legem revelanti, inservientes, lex data dicitur v. 53. Quod concernit Hebr. II. 2. respondendum est, evicto hoc agi hic de νομοθεσία, quod nondum ex textu liquet, illud ἀγγελίων non ad causam efficientem eloqvii legalis referendum esse, cum pertinere possit ad singularem presentiam, quam etiam operatio mirandorum circa νομοθεσίαν secuta est,

ita ut *Alia* hic reddatur *inter* sicut & sumitur Rom. IV. 11. I. Tim. II. 15. Ebr. VII. 9. 2. Petr. III. 5. cum quâ explicatione consentit Deut. XXX. v. 2. Vid. prolixè hæc de materiâ agentem D. Calovium in Harm. Ca- lict. p. 949. 100. *Excip.* (1.) argumentum à nomine Jehova desumptum infirmum esse. Legatum enim loqui eo modo, quo mittens eum loqueretur. *Resp.* (1.) Alia est ratio angeli diploma Dei relative proponentis, aliâque Angeli tum nomen Jehova sibi communicantis, tum opera divina de se pronunciantis & adorationis cultum admittentis. *Resp.* (2.) Ne quidem inter homines hoc fit. Nullus legatus dicit: Ego sum Cæsar, Rex, vel Princeps. conf. *Klotzius* c. 1. p. 177. §. 15. *Calovius* in Disp. de mirabili Jacobi cum Filio Dei lucta ad Gen. XXXII. 24. Da. D. *Christoph. Conradus Goeritzius* Frater ac Affinis noster quo- vis honoris & amoris cultu prolequendus In *Disp. Inaug.* ad Jes. XLVIII. v. 16. Sect. III. §. 10. *Nicolaus Arnoldus* in Luc. in Tenebr. P. I. p. 46. *Excip.* (2) Arcam à Mose compellatam esse nomine Jehovæ. *Resp.* Non arcam compellavit Moses, sed habitantem inter Cherubinos conf. Jos. III. v. 11. Arca fœderis Symbolum erat præsentia Domini totius terræ. Illa transeunte ipse Dominus transire videbatur. *Quartum* argumentum est: Non satis tutum esse extra negotium incarnationis Filium Dei legatum vel Angelum dicere, sed id esse ejus divinitati de- trahere, adeoque adparitiones illas V. T. de Angelo creato esse intelli- gendas. *Resp.* Nodum in scirpo quærun Contradicentes. Perpetua Filii relatio ad Patrem ut geniti ad generantem in omnibus etiam actionibus conspicua facta, satis hanc tollit difficultatem. Si enim semel indi- gnum non fuit Filio, ut mitteretur à Patre in mundum, cum nas- ceretur ex Mariâ Virgine, certe nunquam ipsi fuit indignum, ut angelus & interpret Patris diceretur, conf: B. Avimej DN. D. *Job. Frid. Königii* *Disp. de cognit. Dei salvificâ ad Job. XVII. 3. punct. III. §. 4. sq. Ao. 1650 Gryphiswaldia habit.* *Quintum* argu- mentum: Si Filius Dei in forma appropriata ad hypostasin pro- priam in V. T. adparuit, sequitur, quod incarnatus fuerit, ante- quam nasceretur ex virgine. *Resp.* Toto coelo differunt adparitio hypostatica per adsumptionem conjunctam cum communi actione idiomatum, & illa, quæ non habet communicationem idiomatum. Nobis non de priori sed de posteriori sermo est. *Instant:* E. tamen illius corporis adsumptio facta est per unionem personalem. *Resp.* (1) ab unione dissolubili ad insolubilem non valet con- sequentia. Sola unio personalis insolubilis est, illa autem talis non fuit. (2) ab adsumptione ad personam, ad adsumptionem intra per- sonam

sonam N. V. C. Hæc unio illius corporis fuit tantum appropriatio quædam ad personam, non intra personam, nec naturalis, nec personalis, nec in carne personaliter unita fuit, sed œconomice & tantum ad repræsentandum, vere tamen facta. *Excip.* Ergo sequeretur; Patrem, Filium & Spiritum S. apparuisse simul in hoc corpore œconomico, quia est opus ad extra & consequenter toti Trinitati commune. Male Ergo soli Filio tribuitur. *Resp.* (1) à communitate principiativa s. effectiva ad communitatem adsumtivam s. terminativam N. V. C. Tota Trinitas produxit quidem corpus, sed illud terminabatur in sola hypostasi filiata, quia sola persona secunda illud assumpsit. Hinc apparitio Filii Dei opus ad extra personale salutatur. Vid: B. *Königii* Theol; posit: §. 154. p: m: 42. (2) sic productio speciei columbinæ ad Jordanem toti Trinitati communis est, quia est opus ad extra, & tamen scriptura dicit, solam hypostasin tertiam in illa specie h. e. in sola hypostasi Spiritus S. hanc speciem fuisse terminatam. Sic vocem illam ad Jordanem ut sonoram formavit SS. Trinitas, sed tamen terminabatur ad solum Patrem, ita ut vox illa solius fuerit Patris. Alias enim Spiritus S. & ipse Filius simul dixissent: Hic est Filius meus dilectus, ex quo sequeretur secundam personam non solum esse Filium Patris, sed etiam sui ipsius & Spiritus S. simul, quod *ἀδελφὸν* & *ἀδελφῶνα*. Deinde ex incarnatione Christi patet, productionem humanæ naturæ esse opus totius Trinitatis, & tamen SS. Trinitatem incarnatam non esse dicendam, ut volunt Iesuita *Cornelius à Lapide*, qui Comment: in Prophetas Minores SS. Trinitati incarnatæ & in Christo creatæ dedicavit & *Jacob Böhme* qui de Trib: princ: cap: XXII. §. 75. sqq. & P. I. de Incarnat: c. X. §. 6. p: 73 alibi que passim docere conatus est: Totam SS. Trinitatem in utero Mariæ Virginis incarnatam esse, ut organon illius esset homo Iesus Christus. Nam terminatio & adsumptio humanæ naturæ ad solam hypostasin secundam spectat, quod scriptura de hoc mysterio agens clarissimè ostendit. Tantum de argumentis primæ classis.

§. III. Ad *U. dam* nunc progredimur classem, quæ *Coccejanorum* & *cl. Wisii* rationes, quibus Abrahamo SS. Trinitatem adparuisse probant sistit. Obvertitur autem (1) Abrahamum tribus Viris unum eundemque detulisse Honorem divinum. *Resp.* Contrarium evidentia Textus evincit. Dirigit verba sua Abrahamus ad illum, qui ut Jehova inter tres loquebatur. Non omnes simul locuti sunt; E. respondit ad verba loquentis, soli que loquenti, non aliis, nomen

C3

Jehovah

Jehova tribuit & cultum divinum exhibuit. Conf. quæ Sect: II. §. II. à nobis allata sunt. *Objic:* (II) Lothum duobus Angelis divinum exhibuisse honorem Gen: XIX. 18. 19. *Resp:* Nunquam eos vel aliquem eorum Jehovah adpellat. Unum alloquitur, uti unus ex illis ipsi fuerat locutus v. 17. Hinc Interpretes non male supponunt, inter egressum ex urbe Angelum Jehovah, qui paulo ante Abrahamo adparuerat, jam se se duobus Angelis adjunxisse, quem fuerit Loth allocutus v. 18 & 19. Ipsum autem Jehovah, qui paulo ante Abrahamo adparuerat, associare se hic demum comitibus, eaque quæ vers: 17. extant, proferre probat (1) appellatio loquentis. Dicitur Adonai cum v. 18. quia ratione nomen hoc soli Deo proprium est, ut supra ostensum. Kametz vero hic non ex pausa sed nativum esse patet, quia quem Adonai dixerat, in singulari numero alloquitur: Ecce num invenit servus tuus gratiam in oculis tuis. (2.) locutionis ad unum determinatio. Unus loquitur hic, non plures. *Et, dixit* sc: Jehovah, cujus indulgentia dicitur fuisse super Lothum v. 16. (3.) Unius compellatio. Cum duos illos absente visibiliter hoc tertio, compellaret, dicebat in plurali: Domini mei declinate nunc ad domum servi vestri & pernoctate & lavate pedes vestros &c: At nunc in singulari loquitur: Ne nunc Domine mi, ecce nunc inveniet servus tuus gratiam in oculis tuis, & magnificenti misericordiam tuam, &c: Equidem v. 18. dicitur: Dixit Loth ad eos, quasi sc. plures non unum alloqueretur. Verum salva res est. Vel enim per Enallagen numeri pluralis pro singulari ponuntur, vel si admittatur esse omnino pluraliter intelligendum hoc, loqueretur saltem coram pluribus sive ad plures hoc dictum, tamen sermo ad unum è pluribus directus sit, ut ipse contextus indicat. (4) Cultus religiosi exhibitio: Petit enim Lothus magnificari misericordiam illius, quo cum loquebatur & exaudiri se concessione conservationis in oppidulo Zoar v. 19. At invocatio non nisi Deo convenit (5) operum divinatorum recensio, quorum (a) est misericordiae magnificatio, quæ solius Dei opus est Num. XIV. 18. 19. Ps. CXIX. v. 156. Jer. LXIII. 17. Dan. IX. 18. (b) gratiosa precum ex auditio v. 21. quæ itidem Deo soli competit Ps. XLV. 3. CXLV. 18. 19. (c) Sodomæ everfio, descripta v. 24.

§. IV. *Objic.* (III) Gen. XIX. v. 24. Jehovah fecisse plueri Sulphur & ignem à Jehovah. *Resp.* Dictum pro hoc adferro contrario nihil facit. Hoc ut eo melius immotescat, paulo diutius illi immorabimur. Duo ergo considerabimus (N) *Eum, qui plueret fecit. Is, qui plueret fecit,*
 Jehova

Jehova est, qui cap. præced. Abrahamo adparuerat v. 1. cum quo abe-
 untibus duobus comitibus Angelis Abraham colloquium continuat v. 16.
 17. sqq. qui se vindicem descensurum ad Sodomitas v. 20. 21. & ceu de-
 stinatum universi orbis judicem v. 25. judicium se exerciturum indicat;
 qui ab Abrahamo finito colloquio discedit v. 33. & duobus Angelis So-
 domam præmissis in educatione Lothi se denuo adsociat Cap. XIX. 17. cui
 Lothus pro conservanda vitâ supplicat v. 19. qui supplicem exaudit v. 21.
 & supplicium, quod instabat Sodomiticum, donec in oppidulum Zoar se
 recepisset Lothus, se suspensurum promisit v. 22. Hunc vero Filium Dei
 fuisse supra demonstratum est. Et docetur insuper idem in N. T. ubi
 legimus; Patrem Filio dedisse omne judicium Joh. V. 22. Esse hunc vi-
 rum illum, per quem decreverit judicare orbem terræ vivos ac mortuos
 cum Justitia Act. X. 42. XVII. 31. Huc facit *Targum Hierosolymitanum*,
 quod textum Mosaicum ita *וְיֵשׁוּעַ*. Verbum Jehovæ erat dimittere
 super populum Sodomæ & Gomorræ pluvias benignas, si forte agerent
 pœnitentiam ab operibus malis. Et cum viderunt illi pluvias benignas
 dixerunt: haud dubie nostra mala opera nondum revelata sunt coram
 Jehova. Reversurum igitur est verbum Jehovæ, & dimisit super illos
 Sulphur & ignem, à facie Jehovæ de Cœlis. Pariter & *Targum Jona-
 thanis* de verbo Jehovæ pluviam hanc sulphuream interpretatur. Male
 ergo *Diomsus Carthusianus* in Comm. in h. l. & *Hugo Grotius* in Anno-
 tat: ad h. l. Angelum Dei personam sustinentem, Jehovam hic dici. Glossa
 falsa & Socinistica hæc est, cui & subscribit *R. Menasse Ben Israel* in Con-
 cil. qv. 44. in Gen. ex Rabbinis demonstrans Angelum Gabriel hic nomi-
 ne Jehova, ceu legatum appellari, sed repugnat (1) Nominis Jehovæ
 incommunicabilitas Exod. III. 14. Jer. XLII. 8. Jer. XVI. 21. (2) Non inum
 priorum conditio, quæ ita comparata sunt, ut uni soli convenient.
 (3) styli sacri ratio, quæ talem nominum permutationem omnino respuit.
 (4) loqvendi consuetudo. Nunquam nomina legantis directe & in ca-
 su recto tribuuntur legato. (5) cultus religiosus supra ei, qui hic Jehova
 dicitur, exhibitus, quem tamen creati Angeli & in ipsa legatione, & qua
 legati sunt, recusant Apoc XIX. 20. XXII. 9. (6) absurdi consecutio. Si
 legato qua tali tribuitur nomen legantis, utiq; omni legato nomen le-
 gantis comperit; Filius E, Pater dicendus, quia legatus Patris est; Pro-
 phetæ & Apostoli alicubi sibi vindicabunt nomen sui Principis, quod
 tamen factum haud legimus vid. *Calovium* in Tracta: Theol nar. & re-
 velat: p. 285. sq. 306. prolixius hæc deducentem. Bene *S. Petrus Mauricius*
 dictus venerabilis Abb. Cluniac. IX. Tract. adver. u. Judæorum. de ere-
 ratam duritiem Cap. II. quod Christus specialiter Deus sit. *Nolite confu-
 gium*

gium facere ad Angelos qui præcesserant, qui sero Sodomam venerant, quæ manere
 Loth cum uxore & filiabus de Sodomis abduxerant. Jam abierant, jam re-
 cesserant; jam ad quod missi fuerant, impleverant. Nullus eorum Dominus di-
 ci potest, quia uterq; Angelus uterq; nuncius dicitur, quia uterq; mox Domi-
 nus, sed minister vocatur. Missi sunt illi in ministerium, ut Loth justum educe-
 rent, ut cum ab impiis fecerent: non ut quod suum non erat, Deitatis s. do-
 minationis nomen assumerent. vid. Biblioth. Patr. Max. Tom. XXII. fol. 982.
 edit Lugdun. lit. F. conf. Polus in Synops. Crit. ad h. l. (2) consideramus.
 Eum à quo pluere fecit Jehova. Ille in eadem Jehova appellatur. Duo igitur
 hic occurrunt agentes, quorum uterque Jehova est, is videlicet, qui
 pluere fecit & is à quo ille pluere fecit. Qui vero distinguuntur ut is,
 qui pluere fecit, & is à quo ille pluere fecit, illi distinguuntur ut alius
 & alius. Jehova ergo pluere faciens eadem persona cum Jehova, à quo
 pluere facit, esse nequit. Sic & alibi personarum pluralitatem ejusmo-
 di locutiones important, ut quando dicit Jehova à Jehova missus Jes.
 XLVIII. 16. Jehova à Jehova excitatus Jer. XXIII. 5. &c. Explicationem
 in super meretur vòcula emphatica **ANNO** composita ex præpositione **AN**
 quæ cum notat & præfixa præpositione **DE**, quæ de vel à significat. Sen-
 sus itaque est: Jehovam pluere fecisse de, cum vel à Jehova. Innuitur
 ergo (1.) distinctio personarum & ordo in agendo personalis. Uti
 enim Filius non est à se ipso, sed à Patre per æternam generatio-
 nem, ita & non *ἀυτοῦντας* & à se ipso, sed per potentiam, quam
 habet à Patre per æternam generationem, agit. Inde Chris-
 tus ipse: Non potest, inquit, filius à se quicquam facere, nisi quod
 viderit Patrem facientem Joh. V. 19. Et quando I. Cor. VIII. 6. gene-
 ratum Apostolus dicit: omnia esse ab uno Deo Patre & per unum Domi-
 num nostrum Jesum Christum; ita speciatim Moyses hic innuit pluviam
 Sulphuream fuisse ab uno Jehova Patre & per unum Jehovam Filium
 (2) Agentium *ὁμοῦσια*. Filius non tantum à Patre, sed & cum Patre a-
 git. Ut Pater nunquam est sine Filio, nec Filius sine Patre. Ita Pater sine
 Filio & Filius sine Patre nihil agit. Pater meus, inquit Filius, usque o-
 peratur & ego operor. Et quæcumque facit Pater, eadem similiter facit
 Filius Joh. V. 17. 19. Cum ergo, Jehova cum Jehova pluere dicitur: in-
 dicatur agentium *ὁμοῦσια* & inde profluens *ταυτότης* sive identitas, tum
 ipsius operis ad extra, tum modi agendi. Corruit itaque glossa *Emiedini*
 statuentis nomen Jehova alterà vice positum esse *ἐπιτακτικόν* atque inten-
 sionem ac magnitudinem significare, ut hac ratione sulphur & ignis à
 Jehova h. e. magnus & vehementissimus dicatur. Verum ut alia silen-
 tio præteream, nomen Dei ab alio nomine in statu constructo posito
 non

non regitur, ut in exemplis ab *Enjedino* allatis; non enim hic pluvia Dei, sed à Deo esse dicitur. Deinde accentus distinctivus athnach, qui sub voce *ענף* ignis reperitur, divellit verba sulphur & ignem à verbis: de, cum *Jehova* à Cœlis adeoque ostendit *ענף יהוה* non ad verba sulphur & ignem, sed ad vocem pluit referendum esse, sed & alterum concidit commentum, quia dicitur *ענף* Jehovam pluere à *Jehova*, idem esse ac *Jehovam* pluere à se ipso, quomodo & Phrasis hæc accipitur, 1. Reg. VIII. 1. XII. 11. Gen. I. 27. V. 1. 1. Sam. III. 21. XV. 22. 1. Par. III. 2. 2. Tim. I. 18. 1. Cor. I. 8. 2. Thess. III. 19. Ita *Judei* & qui cum iis faciunt Neo-Photiniani i. Sociniani, à quorum sententia non alieni sunt è Pontificiis, *Tostatus*, *Cajetanus*, *Oleaster*, *Pagninus*, *Vatablus*, quorum hypothesein *Perevius* refert ac rejicit in *Gen. Tom. III. ad cap. XIX. Disp. IV. vid. Didacus Ruiz de Montoya Comm. in Prim. Part. S. Thom. de Trin. Diss. XXXVI. Sect. IV p. 325. n. B. Calovius Bibl. Illustr. Tom. I. in b. l. E. Reformatis Calvinus, Musculus, Zanchius, Mercerus, Rivetus, Leydekkerus*, qui putant phrasi hæc significari, Deum immediatè per se ipsum extra ordinem naturæ, exorto quasi è cœlis brachio, sulphur & ignem super illas civitates copiose emisisse, ut sententiam eorum interpretatur *Zanchius* Part. Post. lib. I. de tribus Elohim c. II. Verum enim verò quancquam libenter admittamus dari in Scriptura talem Hebraismum, ubi pro relativo & reciproco pronomine ponatur ipsum antecedens in textu repetitum, de quo vid. *Glassius* Phil. sacr. lib. 3. tract. 2. can. 13. argumentum tamen id saltim à particulari est, neque ulla nos cogit necessitas relicto naturali significato verborum ad enallagen confugere. Allotria & sunt exempla in contrarium allata; non enim dicitur *Jehova* agere aliquid à *Jehova* ut hic, & constat ex exemplorum inductione, ubicunque *Jehova* introducitur, ut agens aliquid à *Jehova*, ibi sine omni enallage antecedentis pro relativo pronomine indicari, alium esse, qui agit, & alium, à quo ille agit. Ex connexionione insuper textus liquidum est, eum ipsum, qui pluere hic dicitur à *Jehova*, esse *Jehovam*, cui supplicaverat *Lothus* & coram quo steterit *Abrahamus* colloquium continuans. Hunc autem *Filium Dei* fuisse supra evictum & à *Riveto* quoque, qui oblitus sui hic est ex affectu in suum *Calvinum*, assertum fuit, *Exerc. in Gen. XCII. sqq.* Quo admissio non potest non & admitti, plures hic in Deitate inferri agentes. *Hugo Grotius* in *Annot. ad b. l.* scribit, *ענף* à Domino idem esse ac potestate sibi divinitus concessa; sed præsupponit per *Jehovam* pluentem intelligi *Angelum*, qui Dei personam in hoc opere sustineat, quod commentum supra refutatum: Ex jam dictis autem constabit sensum verborum hunc esse: Pluit *Jehova* à *Jehova* i. e. non aliquis ex tribus *Viris*, ceu volunt *Contradicentes*, ab aliquo inter eos, sed *Filius Jehova*, qui in terris apparuerat

D

ruera

33.
32.
31.
30.
29.
28.
27.
26.
25.
24.
23.
22.
21.
20.
19.
18.
17.
16.
15.
14.
13.
12.
11.
10.
9.
8.
7.
6.
5.
4.
3.
2.
1.

67.
66.
65.
64.
63.
62.
61.
60.
59.
58.
57.
56.
55.
54.
53.
52.
51.
50.

ruerat, à Jehova Patre in cœlis, à quo & fuit missus in terras, ut iudicium in Sodomam aliasq; urbes exequeretur. In hac sententia fuit *Justinus*; Is enim in *Dialogo cum Tryphon* ad h. l: hæc annotat: *Duos Propheticus sermo numero esse indicat; alterum in terra, quem descendisse ait ad clamorem Sodomorum inspiciendum; alterum in cœlis, qui etiam Dominus est. Domini in terra adparentis, nempe quatenus ejus Pater & Deus est, atq; autor ipsi, ut sit, & quidem præpotens, & Domino & Deus ut sit. Concilium Syrmiese Can. XVI, anathemate terit eos, qui non intelligunt hoc de Deo Patre & Filio; Pluit enim Dominus Filius de Domino Patre.* Hunc Canonem refert & adprobat *Hilarius* lib: de Synodis. conf. lib. IV. de Trin. Eodem modo explicant *Hieronymus* *Hof* cap. I. ad illud: *salvabo eos in Domino suo, Augustinus* lib. II. de Trin. c. XI. *Isidorus* de *Nativ. Domini* cap. III. *Rupertus* lib. VI. in Gen. c. XI, conf. *Jacobus Martini* lib. I. de tribus Elohim cap. XIII. p. 150. sqq. *Didacus Ruiz de Montoya* c. I. p. 315.

§. V. *Objic. (IV)* Non absurdum videri; Patrem etiam & Spiritum S. humanâ forma visose esse, cum *Jesaias* universum Trinitatem instar Regis alicujus folio insidentis conspexerit *Jes*, VI. 1. *Resp.* Vidit *Jesaias* DEUM, non tres Trinitatis personas in forma humana, isque fuit Filius. Bene *B. Lucas Backmeister* Sen, in *Comm. MSS.* ao. 1569. seqq. in *Acad. Rostoch.* publice prælecto ad h. l. *De Christo ejusque gloria & regno hanc visionem intelligendam esse, disertè testatur Johannes Apostolus* Cap. XII. ubi citatis verbis DEI, quibus Prophetam alloquitur & subjicit: *Hac dixit Jesaias, quando vidit gloriam Christi & loquutus est de eo.* Eandem sententiam confirmant Patres, *Cyrillus Hierosolymitanus*, cujus jam supra mentionem fecimus, in quarta decima catechesi; Filium esse existimat, quem *Jesaias* sedentem super folium alpexit. Etenim, inquit, *Patrem nemo vidit unquam: qui autem Prophetæ tunc visus est, erat Filius.* *Hilarius* lib. 5. de Trinitate p. 58 de viso *Jesaiæ* DEO sic disserit: *Esaias enim Deum vidit, & tum scriptum sit: Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris. ipse enarravit: Deum tamen Prophetæ vidit & gloriam ejus usque ad invidiam Prophetica dignitatis aspexit. Nam in iudicium mortis ob hanc causam à Judæis actus est. Deum itaque nemini visum, unigenitus Filius qui in sinu Patris est enarravit. Et mox: Prophetæ loquitur, Evangelium testatur, Ecclesia confitetur verum Deum esse, qui visus sit, cum tamen Deum Patrem visum nemo fateatur.* Ubi dogma hoc, nemini unquam visum esse Patrem, tam catholicum suâ ætate fuisse adterit, ut nemo tunc catholicus contrariam sententiam defendere ausus fuerit. *Instans:* Visionem hanc etiam de Spiritu S. explicari *Act. XXVIII.* v. 25. Nec Patrem excludendum esse. *Resp.* (a) duo hic attendenda sunt (1) apparitio Dei (2) vocatio Prophetæ ad prædicandum


dum. Apparitio Dei non de Spiritu S. explicatur, sed saltem vocatio, quæ opus essentialis est, ideoque & Spiritui S. competit (b) Apparitio est opus personale, quod uni certæ personæ per appropriationem æconomicam competit. Et sic Pater h. l. excluditur. *Objic. (V)* Danielelem vidisse Antiquum Diærum in visione throno, & alium sicut Filium hominis, qui accedebat ad ipsum Dan. VII. 9. 13. quod & de Patre & Filio communiter exponunt interpretes. *Resp. (1)* Exponunt quidem celeberrimi Sacrarum literarum interpretes hanc visionem de DEO Patre & Filio, sed ipsi quoque indicant eam omnino differre ab illa apparitione quæ Abrahamo facta. Nec ulla nos cogit necessitas, ut talem ipsius Messix præsentiam hic statuamus, quali vel Abrahamus vel Jacobus fruebatur, cum sufficiat ejus in visione facta prophetica representatio. vid. B. *Joh. Ben. Carpzov. in Dissp. Academ. Dissp. IX. p. 330. sq.* (2) Nulla consequentia est: Deus Pater Danieli in visione apparuit. E. quoque Abrahamo h. l. in forma humana apparuit. Nam in Textu Danielis argumenta occurrunt, quæ Patris apparitionem confirmant. In loco autem nostro nullum pro Patre habetur testimonium, sed omnia Filii DEI præsentiam arguunt.

§. VI. *Objic. (VI)* Joh. XVI. v. 13. Spiritui S. tribui ἀγγελῶν ἀγγελοῦ annunciatum, quod Angeli est, adeoque ipsum vocari posse Angelum. *Resp. (1)* A posse ad esse non V. C. (2) Ad silentium scripturæ provocamus, quæ nullibi Spiritum S. Angelum vocat. Quod argumentum h. l. firmissimum est: Filius DEI in Sacris literis, ut supra observavimus, mox absolute, mox cum addito Angelus dicitur, non item Spiritus S. Unde rite inferitur; quia Scripturæ S. expressè Filio Dei hoc nomen tribuit. E. si Spiritus S. eodem insigniendus, omnino veri simile est, nec hoc Scripturam silentio præteritum, quo minus nobis indicasset. Id vero cum non fecerit documento id est, tale nomen Spiritui S. non tribuendum esse. *Conf. Sect. II. §. III. mem. 3. Prob. 3. (3)* Ratio denominationis ex voce ἀγγελῶν desumpta, infirma est. Sic enim eodem modo, Pater vocari posset Angelus, quippe qui ab hoc opere non excluditur, quia est ad extra essentialis omnibus tribus personis commune. (4) posito Spiritum S. vocari Angelum. Unde tamen probabunt contradicentes illum fuisse inter Viros, qui Abrahamo in forma humana adparuerunt? Textus sacer aperte repugnat, quod ex jam dictis patet. *Objic. (VII)* Patres, Augustinum & Epiphanium Spiritum S. vocare Angelum. *Resp. (1)* Negari equidem non potest Spiritum S. à Patribus hoc nomine insigniri. Præter citatos hic quoque conferri potest *Athanasius* lib. 3. de Trinitate, cujus adsertum adprobat Magnif. Dn. D. *Mayerus* in thesibus de Spir. S. Ao. 1703 Gryphiswald: defensis, th; 4. At vero inter nos & contradicentes non quæritur, quid Patres, sed quid scriptura S. dicat? Assertio

ipsorum primo ex Scriptura erat demonstranda, deinde poterat testimoniis Patrum confirmari. Patrum locutiones, ubi fieri potest, defendi debent, ita tamen ne veritas sacrarum literarum labefactetur, Patrum locutiones nemini obtrudi debent, si scriptura silet. (2) *Euthymius Monachus Zigabenus* in Panopliâ suâ Tit. XII. illorum sententiam, qui Spiritum S. Angelum dicunt, tanquam *Valentini* delirium rejicit. *Valentinus* enim existimavit Spiritum S. esse quendam Angelum, idque placuit *Arianis* quibusdam, ut refert *Athanasius* in Epist. long. ad Serapionem & Dialog. 3. de SS. Trin. contra Macedon. ante med. Quod idem Commentum etiam *Serveto* arrisit, ut intelligi potest ex dialogo ejus 2. de Trin. apud *Valentinum* I. p. q. 1. de process. person. punct. 1. §. 24. col. 1. Quibus accedit *Job. Bidlel. Bidellus*, de quo vid. Magnit. Dn. *D. Mayerus* in Disp. de Johannis Bidelli Vita &c. Anno 1700. Hamburgi hab. Bidelli vestigia secutus est, *Christophorus Christoph. Fil. Sandius* in problem. Paradox. de Spir. S. Anno 1678. Colon. edit. statuens Spir. S. nihil aliud esse quam turmam Spirituum plurium, istamque turmam non aliam esse nisi ipsum genus Sanctorum Angelorum. Contra hunc vid. *B. Shomerus* in Assert. Endoxâ de Spir. S. *Christoph. Wittichius* in causâ Spir. S. Vi&rice. Quamquam Patres supra adducti hinc falsis opinionibus haud faveant, dum Spiritum S. angelum appellant, tutius tamen est cum Scripturâ loqui, uti cum eâ sentimus, ne adversariis ansam calumniandi suppeditemus.


§. VII. *Objic.* (VIII.) *Augustinum* quoque statuere; Trinitatem Abrahamo adparuisse. vid. verba ipsius supra Sect. I. §. 1. cit. *Resp.* *Augustino* *Augustinum* opponimus. Cum enim ad partitiones illâ Dei sub V. T. admissionem alterius ab altero sive functionem alteri ab altero demandatam spectarint; Unde & plerumque is, qui apparuit, non modo Deus, sed etiam Angelus h. e. missus dicitur. Ipse *Augustinus* (quem defendit *Petavius* de Trin. lib. 8. cap. 2. & pro se *Job. Forbesius* à *Corse* atque *Coccejani* cc. II. allegant) aperte fatetur missionem DEO Patri Passivâ nequaquam convenire. Audiamus ipsum Patrem clarissimè in libro contr. *Arianorum* sermonem cap. IV. differentem: *Solus Pater non legitur missus, quoniam solus non habet autorem à quo genitus sit, vel à quo procedat. Et ideo non propter naturæ diversitatem, quæ in Trinitate nulla est, sed propter ipsam autoritatem solus Pater non dicitur missus.* Quibus gemina sunt, quæ habet in lib. 3. contra *Maximum Arianum* cap. 14. *Non enim inquit, gemitorem ab eo quem genuit, sed genitum à genitore missi oportebat. Verum hoc non est inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ: non quod alter prior esset altero, sed quod alter esset ex altero.* Conf. ejusdem lib. *De Civit. Dei Lib. XVI. c. 29.* Plura testimonia qui desiderat, adire poterit *Georgium Bullum*, qui ea in *Defens. Fidei Nicene* p. 476. sqq. studiosissime congestit. Abrumpimus igitur telam dicentes:

GLORIA Θεω τῶν τῶν !









the scale towards document

Sed cum religione Iudaica res prorsus aliter habet. s sub Patriarchis, eorumque numerosa prole egit radi- vnquam calamitates propterea a Deo populo Iudaeo ae, vt Profelytorum maior numerus Iudaismo adiace- nde nequitiam tam diuturna Christianorum vexatio quidem Iudaeorum. Illa per tria tantummodo secula Christi gregem adffixit; deinde ipsorum fides, euctis mine ac splendore suo totum terrarum collustravit m haec contra calamitas non tria secula sed per grande ai spatium iam perfluit, neque vlla spes mitioris fati

§. VII.

inem impono huic qualicunque scriptioni, summum *Epilogus et preces pro Iudaeis ad Deum susae.* ntissimis exorans precibus, vt excoecatam Iudaeorum lesu Christo per spiritum sanctum ad lucem veritatis uo, pariete intergerino per sospitatore nostrum sub- udae, suus olim populus, tum nos insititii huius olea- no spiritu, vna mente, vnoque ore, ipsum colamus, celebremus. Deo trino fit laus, honor et gloria in orum. Amen.

CLA-

OTIVS quidam conscripsit librum de Iudaeo Christicida, ne peccante et vapulante; allegatum hoc scriptum in GII L' Historie des Iuifs T. IV. c. I. §. XI. p. 926. edit. lam. inueni.

